


AN. XVIII. - N. 109

MM. FEBRUARIO ET MARTIO

AN. D. MCMLXVII-VIII



# PALAEASTRA LATINA

## SUMMARIUM

Compositiones vertendae.

De Vita Albini Platonici, ORTH.

Adnotationes stilisticae, BELTRANI.

Spes, LUCESOLE.

Quaestiones · Epistolia soluta, MIR.

Per Orbem, MAULEÓN.

Nova et Vetera, MIR

Quo modo versio facienda.

Bibliographia, TRISTANIUS, MAULEÓN.

Exercitationes scholares, TEJEDOR, DISANTI.

Curiosa et jocosa, SALA, MAULEÓN.

# Compositiones vertendae

## PLAUTO (*continuación*)

Si examinamos ahora (47) cuál haya sido la fama de Plauto (48) entre los antiguos, vienen a la mente (49) las duras palabras de Horacio (50) con que repreba, no sin disgusto (51), la paciencia, o por mejor decir, la necedad de los antiguos que admiraron el metro y los chistes de Plauto. Esta grande severidad (52) ha parecido injusta (53) a muchos que juzgaron (54) no se debía hacer caso del parecer (55) del gran crítico latino (56), el cual llevando a mal (57) que nada se alabase (58) por los gramáticos de aquel tiempo (59) que no fuese antiguo, abajó (60), como a despecho (61), a los escritores antiguos, lo que en un estado de ánimo más tranquilo (62) no hubiera hecho.

NOTAS: 47. *Sed si quaerimus.* — 48. *De Plauto quae fuerit existimatio.* — 49. *Ocurrere.* — 50. *Gravissima illa Horatii verba quibus.* — 51. *Non sine aliquo stomacho.* — 52. *Haec tanta severitas.* — 53. *Iniqua.* — 54. *Statuere.* — 55. *Stare judicio alicuius.* — 56. Repítase el nombre propio. — 57. *Indignari.* — 58. *Probari.* — 59. *Temporum illorum.* — 60. *Detrahere.* — 61. *Stomachosius.* — 62. *Sedatiore animo.*

48\*, *Jam de C. Fannio quae sit existimatio, videamus* (CIC. *Pro Sext.* 53, 113).

— 51\*, *Puto enim te existimaturum a me illos libros non sine aliquo meo stomacho esse relictos* (*Ad Q. fratr.* 3, 5-6, 2). — 52\* Después del pronombre relativo y aun del interrogativo y del demostrativo, «*magnus*» se convierte por énfasis en «*tantus*». — 56\*. Al decir «el gran crítico latino» el autor no tiene más fin que denotar la persona de Horacio ya antes de ser nombrada; en este caso el latín repite el nombre propio.

## CONSLIUM AB HANNIBALE REJECTUM

Hannibali viatori (1) cum ceteri (2) circumfusi gratularentur suaderentque, ut tanto perfunditus bello dici, quod reliquum esset, noctisque insequentis quietem et ipse sibi sumeret et fessis daret militibus, Mahabal, praefectus equitum, minime cessandum (3) ratus, «Immo ut, quid hac pugna sit aëtum, scias (4), die quinto — inquit — viator in Capitolio epulaberis. Sequere: cum equite (5), ut prius venisse (6), quam venturum sciant, praecedam». Hannibali nimis laeta res est visa majorque, quam ut (7) eam statim capere animo (8) posset. Itaque voluntatem (9) se laudare Mahabalis ait, ad consilium (10) pensandum temporis opus esse. Tum Mahabal: «Non omnia nimirum eidem dii dedere: vincere scis, Hannibal, viatoria uti nescis». Mora ejus dici satis creditur saluti fuisse urbi atque imperio.

NOTAS: 1. *victori;* en la batalla de Cannas (216 a. J. C.). — 2. *ceteri:* sobreentiéndase «duces». — 3. *cessandum:* «cejar, tomar reposo». — 4. *ut... scias, die quinto* etc.: (hay implícito aquí todo un pensamiento) = *ut... scias, hoc te moneo: die quinto etc.* — 5. *equite:* nombre colectivo, «caballería». — 6. *venisse:* se ha de

sobreentender el *te*, sujeto del infinito — 7. *nimas laeta res est visa majorque, quam ut...:* «pareció una empresa demasiado peregrina (hermosa) y grande, para...» — 8. *eam .. capere animo:* «formar de ella una idea exacta». — 9. *voluntatem:* «soliditud». — 10. *consilium:* «plan, propuesta».

# EDITORIAL GRAFICAS CLARET. TEXTOS PALAESTRA

Preparados por PP. Misioneros del Corazón de María

## 1.<sup>o</sup> y 2.<sup>o</sup> Cursos:

|   |  |
|---|--|
| Historiae Sacrae Compendium                           |  |
|   | (2. <sup>a</sup> edición) 4'00 ptas.       |
| Epitome Historiae Graecae                             |  |
|   | (3. <sup>a</sup> edición). 5'00 "          |
| C. Nepotis Vitae Excellentium Imperatorum (en prensa) |  |
| Primer Curso de Lengua Latina                         | 3'00 ptas.                                 |
| Segundo Curso de Lengua Latina                        | 5'00 ptas:                                 |
| REPETITORIUM  | { en cartón 12'50 ptas.<br>en tela 15'00 " |

## 3.<sup>o</sup> y 4.<sup>o</sup> Cursos:

|   |           |
|---|-----------|
| Ciceronis Epistulæ Selectæ                | 3'90 pts. |
| Caesaris de Bello Civili (agotado)        |           |
| Ciceronis in Catilinam (I. <sup>a</sup> ) | 3'00 pts. |
| Ciceronis pro Archia poëta                | 3'00 pts. |

## 5.<sup>o</sup> y 6.<sup>o</sup> Cursos:

|                                     |           |
|-------------------------------------|-----------|
| Sallusti de Catilinae Conjuratione  |           |
|                                     | 4'00 pts. |
| Vergilii Aeneidos liber II          | 4'00 "    |
| Horatii Carmina Selecta (en prensa) |           |
| T. Livii Historiae Selectæ          | 6'00 "    |
| De Orthographia Latina              | 3'00 "    |

## 7.<sup>o</sup> Curso:

|   |           |
|---|-----------|
| Prudentii Carmina Selecta (agotado)     |           |
| Homeri Odyssea (canto 1. <sup>o</sup> ) | 5'00 pts. |

## Edición de sólo texto latino:

|   |           |
|---|-----------|
| Ciceronis Epistulæ                        | 1'00 pta. |
| Ciceronis in Catilinam (I. <sup>a</sup> ) | 1'00 "    |
| Ciceronis pro Archia                      | 1'00 "    |
| Salusti de Catilinae Conjuratione         | 2'00 pts. |
| Vergilii Aeneidos liber II                | 2'00 "    |
| T. Livii Historiae Selectæ                | 3'00 "    |

## Otras obras de la Editorial

|                              |                  |            |
|------------------------------|------------------|------------|
| Las Maravillas de Fátima     | Fonseca, S. J.   | 8'00 ptas. |
| Fátima y el Corazón de María | Ribera, C. M. F. | 4'00 "     |

## Devocionarios del P. Ribera:

|                                   |            |
|-----------------------------------|------------|
| Mi Jesús                          | 6'00 ptas. |
| Dios conmigo                      | 4'00 "     |
| Querubín                          | 2'75 "     |
| Ángel de la Infancia              | 2'00 "     |
| El Niño Piadoso y la Niña Piadosa | 4'00 "     |
| Ángel de la Juventud              | 5'00 "     |
| Mi Primera Comunión               | 5'00 "     |

# ¿Desea un Diccionario LATINO-ESPAÑOL EXACTO, CORRECTO, ELEGANTE, para la versión española?

Lo encontrará en el Diccionario  
del catedrático **D. Eustaquio Echauri**

Contiene una lista muy completa de PRETERITOS y SÚPINOS, otra de nombres propios y un Diccionario Español-Latino. Señala, además, la cantidad de la VOCAL, que es lo que tiene verdadera importancia.

Forma un tomo de 850 páginas en 8.<sup>º</sup> —Ptas. 30— 5.<sup>a</sup> edición

OBRAS DEL MISMO AUTOR:

**Crestomatía Latina**, para los siete cursos.

**Gramática Latina**, en dos tomos (obra premiada)

**Literatura Latina**, (premiada) en prensa la segunda edición

Todo en:

**EDICIONES ATLÁS, Ibiza, 29 - Madrid**

## FOTOGRABADOS

# M. SOLANO

ARIBAU, 9, INTERIOR · TELEFONO, 30255

## BARCELONA

# PALAEstra LATINA

Premium subnotationis annuae, solutione antelata, est 15 pesetarum in Hispania et Lusitania, 16 pes. in America et Philippinis insulis, et 17 pes. in reliquis civitatibus - Premium mittatur oportet ad Administratorem, Lauria, 5 - Barcinone - Apart. 1042

## De vita Albini Platonici

Albinus Platonicus, qui fuit ab anno circiter 100 ad annum 165 post Ch. n., medio saeculo secundo Smyrnae philosophiam docuit. Albini praceptor fuit Gajus Platonicus qui Athenis Academiam Platonicam ante dimidium saeculum secundum rexerit. (Cfr. K. PRAECHTER: *Hermes* 51 (1916) 510 529). Galenus, notissimus ille medicus et philosophus pergamenus, annis 149-151 Smyrnae versatus, solum Albinum, doctrinae Platonicae ducem in Asia Minore et rectorem Musei Platonici, neque ullum alium philosophum ibi audivit. Galenus τὰ πρὸς τὴν Ἰλατωνος φιλοσοφίαν scripsit, quod quidem opus ad nos usque non pervenit, sed ad Albini scholam Platonicam pertinere ego quidem existimo; nam Galenus doctrinam Platonis penitus apud Albinum cognoverat et ideo ille Galeni liber praecipuarum sententiarum de Platonis philosophia quasi comprehensio et collectio haberi potest; adeo ut dicere possimus: quaecumque Galenus de Platone scripta reliquit Albini doctrinam Platonicam exprimere. Itaque Galenus revera fons primaevus ad Albini disciplinam institutionemque Platonicam restituendam ac supplendam valere potest. Illud opus de Platonis philosophia Galenus ex Albini lectionibus notavit et excerpserit, ut opinor. Galenus igitur, Platonem sequens, prorsus Albini discipulus summo jure putari potest.

*Theaeteti* commentarius ab auctore anonymo conscriptus, quem H. Diels et W. Schubart ediderunt (*Berolini*, 1905) non cohaeret cum Albino Platonico, quia nullum vestigium nominis neque Albini neque Gaji neque doctrinae philosophi smyrnaei in illo commentario mutilo inveniri potest.

*Philostratus* vitam Marci sophistae — imperatore Marco Aurelio — degentis descriptsit (*In «vitis sophistarum»*, lib. I 24 = vol. II 40, 29, KAYSER, Teubneriana); ubi sic legendum est: Ἀλβίνῳ τῷ Ἰλατωνικῷ; nam στωϊκῷ ex brevi scriptura πλ. ωντικῷ (id est πλατωνικῷ) evaserat; πλ. postea in στ. mutatum est ut στωϊκῷ legeretur. Philostrati testimonium de Albino significat philosophum smyrnaeum primis, temporibus imperatoris Marci Aurelii, auctoritate quoque dicendi valuisse.

Ephraemus syrus affert Bardaisanem (154-222) qui Albini librum «de qualitatibus incorporeis» laudat. *Porphyrius* affertur ab Eusebio in «Historia Ecclesiastica» VI, 19, 8 ibique complures philosophos memorat, quorum ex librī Ammonius Saccas, qui doctrinam «neoplatonismi» fundavit, scientiam philosophicam sumpsit. Inter illos philosophiae scriptores — Numenium, Cronium, Apollophanem, Longinum, Moderatum, Nicomachum —, Longinus lectorem semper offendit quoniam post Ammonium ipsum vixit. Quare Ruhnken philologus pro Longino Albinum substituit (cfr. de Longino, pag. 83, libelli «de sublimitate» ed. Weiske). Sed Ruhnken omnesque ejus asseclae erraverunt Albinum accipientes. Potius «Apollonii» (Απολλωνίου) exarandum est; depravatio hujus nominis Apollonii (i. e. Apollonii Tyanensis) sic orta videtur: 'Απολλωφάνου nomen primum praecessit, 'Απολλωνίου deinde secutum est; at per haplographiam secundum 'Απο- omittebatur et ex nominis reliquiis Λωνίου sensu carentibus postea Λογγίνου emendatum et suffectum est. Scriba vero quidam doctus philosophi clarissimi nomen inter ceteros philosophos ponendum esse recte sensit; peccavit autem in tempore assignando. Ergo Albinum apud Eusebium non inveniri manifestum est, quia Albinus non modo pythagoreo philosophabatur.

*Photius* denique in «bibliotheca» codice 48 de Albino loquitur, qui de anima, materia, resurrectione doctrinam christianaē religionis adversam protulit. Auctor libri qui inscribitur περὶ τοῦ παντός, est Hippolytus, qui «philosophumena» composuit; (Cfr. OTTO BARDEHHEWER: *Geschichte der altkirchlicher Literatur*, II Freiburg-Herder, 1903, 517-18), quod opus auctorem francogallicum Petrum Louis effugit. Idem P. Louis editor saepius in libro, qui inscribitur «Albinos: epitome» (Parisiis, 1945, pp. XII-XV) errat et ex demonstrationibus nostris corrigendus est. Petrus Louis (pag. XIV) scholion esse ad Photii codicem 48 edicit et Albinum comparationem Platonis et Aristotelis scripsisse; sed in editione bibliothecae Photii ab Immanuel Bekker facta illud scholion deest; magni momenti est quaerere cur Bekker scholion ad cod. 48 ignoraverit; apud Migne PG. 103, 83 haec nota suffixa est: «(Albinum) cuius de comparatione Platonis et Aristotelis libellus graece atque latine in medio est»; quid haec vox sibi velit et quo fundamento nitatur, P. Louis lectorem celat.

Haec ad vitam Albini Platonici adumbrandam sufficient; multa opera philosophus smyrnaeus ad Platonem explicandum scripsisse videtur, exempli causa commentaria ad Timaeum, Republicam, Phaedonem; plurima tamen perierunt, quod doctrinae christianaē repugnasse viderentur.

EMIL ORTH

# Adnotationes stilisticae

## De numero nominum adhibendo

(Discrimen inter hispanicum et latinum sermonem)

### I Singularis romanorum pro plurali nostro

1) Substantiva (et adjectiva, nulli adhaerentia substantivo), quae personas alicujus *coetus seu generis* (*los plebeyos, los caballeros, los senadores*) vel alicujus *gentis* (*las personas de una raza, nación*) designant, saepe singulari numero efferuntur. Quod praesertim leges apud scriptores historicos, idemque, si sermo est de re militari.

EXEMPLA: (COETUS): miles: «*los soldados*» (*la tropa*); eques: «*los jinetes*» (*caballería*); pedes: «*los infantes*» (*la infantería*); hostis: «*los enemigos*». — (GENUS): plebs: «*los plebeyos*»; exercitus: «*los soldados*»; senatus: «*los senadores*», cet. — (GENS): romanus: «*los romanos*»; gallus: «*los galos*», cet. Volscis fugientibus, quoad usque pedes potuit, terga caesa; eques usque ad castra pavidos egit (LIV.), al huir los Volscos, los «infantes» los fueron acuchillando por la espalda hasta donde pudieron alcanzarlos; después «los jinetes»... — Hic miles magis placuit (LIV.), estos «soldados» (esta división) fueron preferidos. — Non populi sed plebis magistratus (LIV.), los magistrados de «los plebeyos», no de «los ciudadanos». — Tegi romanus, magis quam pugnare; volscus inferre signa (LIV.), «*los romanos*» se defendían más que luchaban, en cambio «*los volscos*» se esforzaban por avanzar.

2) Adjectiva collectiva personarum, quae sub certa specie continentur (*los sabios, los buenos, los valientes, los prudentes*), quandoque singulari numero usurpantur, si quid speciei proprium, vel etiam oppositionem inter duo hominum ordines exhibere velimus. Quod fit in his praecipue adjectivis (vel potius quasi substantivis): *affinis, aemulus, cognatus, familiaris, peregrinus, propinquus, necessarius, amicus, liber, prudens*; cet.

EXEMPLA: Est *prudentis* (es de «*prudentes*») sustinere impetum benevolentiae (CIC.). — *Sapientis* est proprium nihil quod paenitere possit facere (CIC.). — *Assentatio* non modo *amico*, sed ne *libero* quidem digna est (CIC.), la adulación es indigna no sólo de «*amigos*», sino también de hombres «*libres*» (de toda clase de hombres libres). — Plurimum interest inter *doctum* et *rudem*, hay gran diferencia entre los (hombres) «*cultos*» y los *rústicos* [oppositio].

N. B. Plures tamen hujusmodi adjectiva plurali numero efferuntur: *boni, docti, prudentes*, cet.

3) Substantiva animantium, plantarum, fructuum, earumque rerum quae a terra gignuntur vel quae hominis industria conficiuntur aut tanquam *materiae* nomina habentur.

**EXEMPLA:** Villula abundat porco, baedo, agno, gallina (Cic.), la granja abunda en «cerdos, cabritos, corderos, gallinas». — Faba pythagorēi abstinere jubent (Cic.), los pitagóricos mandan abstenerse de «habas». — Serere oleam et vitem (Cic.), planter «olivos» y «vidas». — Britanni lacte et pecore vivunt, los británicos viven de leche y «ganados».

4) Haud raro scriptores latini, substantiva *collectiva abstracta* in singulari numero pro concretis nostris pluralibus adhiberi solent.

**EXEMPLA:** Nobilitas: los nobles; civitas: los ciudadanos; vicinitas, vicinia: los vecinos; juventus: los jóvenes; senectus: los ancianos; posteritas: los venideros; conjuratio: los conjurados; seditio: los sediciosos; amicitia: los amigos.

An invidiam posteritatis («de los venideros») times? (Cic.). — Viciniam totam conturbare, alarmar a todos «los vecinos» (Cic.). — Omnis noster equitatus, nobilitas omnis periit, perecieron todos nuestros «jinetes» y nuestros «nobles».

5) Singulari numero conectuntur substantiva et adjectiva (substantive sumpta), quae subjiciuntur his adjectivis: cupidus, assiduus, studiosus, peritus, doctus, indoctus, assuetus, ignarus, appetens, memor, immemor, oblitus, expers, patiens, cet.; nos et pluralem et singularem usurpamus.

**EXEMPLA:** Alieni appetens, sui profusus (Sall.), codiciador de «las cosas ajenas» y pródigo de «las suyas». — Oblitus officii (Cic.), negligente en «sus deberes». — Insueti laboris (Caes.), hombres no hechos al trabajo (a «los trabajos»).

6) Adjectiva superlativa, quibus pronomen quisque postponitur.

**EXEMPLA:** Quid quod sapientissimus quisque («los más sabios»), aquissimo animo moritur, stultissimus (quisque) («los más necios»), iniquissimo? (Cic.). — Hannibal, acerrimo quoque viro, evadit angustias (Liv.), con «los más valientes»...

7) Alia plurima substantiva quae certā regulā determinari nequeunt.

**EXEMPLA:** Inuria, contumelia (injurias). Vestis (los vestidos, todo el vestido). Aurum et argentum (objetos de oro y plata). Pecunia (riquezas). Spes (esperanzas). — Matres familias de muro vestem argentumque jaetabant (Liv.), las matronas arrojaban por el muro «sus vestidos y joyas». — Homines ab inuria natura non poena arcere debet (Cic.), la naturaleza, no el castigo, debe apartar a los hombres de hacer «injusticias». — Abstinuit venere et vino (Hor.), se abstuvo de «los delicios» y del vino.

8) Poëtae et scriptores post auream aetatem adhibent in singulari numero multus (plurimus, paucus, omnis, frequens, singulus, rarus), pro plurali.

**EXEMPLA:** Multa avis, «muchas aves». Multo repetet Graecia milite (Hor.), con «muchos soldados». — Plurima cadet hostia, «muchas víctimas». — Tibia foramine pauco (Hor., Ad Pis. 203), con «pocos agujeros». — Quamvis multa meis exiret victima saeptis (Virg. Ecl. 1, 33), en vano de mis apriscos salían «muchas víctimas». — Plurima mortis imago (Virg., Aen. 2, 369) «muchos espejos» de la muerte.

Villae Rosarii, in Argentina.

DOMINICUS BELTRANI, C. M. F.

# S P E S

*Ibam forte via patrium quae præterit hortum.  
Jam lux clara diesque aderat, volucresque caneabant  
Dulcissimae nemorum sub fronde virenti,  
Dum circum florum se vis fundebat odora,  
Omniaque in terris liquidumque per aethera caeli  
Laeta novi solis ridebant luce serena.  
Tanta stupens animo miracula vivida mundi  
Dum capio, rerumque sonos vocesque beatus,  
En nova post saepem supremo caule videndam,  
Per viridem calycem petalos enixa rubentes,  
Se rosa cunctorum praebet pulcherrima florum.  
Ad lucem varios radiantes rore colores  
Admiror specie vietus, jam jamque roseti  
Crudeli tantum rapturus pollice honorem,  
Audivi Musam leni mihi voce loquentem:  
«Ne facias, vates! oculis tibi splendet imago  
Divae sancta Spei, cunctis celebranda poëtis;  
Haec etenim casus hominum sortesque severas  
Erigit, ac meritis promittit praemia verax...  
Omnes cum fugerent terras haec una sororum  
Mortales virtus consolatura remansit,  
Qua late vitam degunt terraque marique.  
Humani generis comes haec fidissima et altrix,  
Quae tumulo jungit roseis cunabula vinclis.  
—Spe gaudent pueri, resonet qui tecta, parentes;  
Nec quidquam reputant nato spe dignius unquam.  
Ad matrem pueri clamat spe vocula blanda;  
Speque sibi fingens vitae bona quaeque futurae  
Ingeminat nato felicior oscula mater.  
Spe mire arridet puero generosa juventus,  
Spe juveni primi formosum tempus amoris,  
Spe constans aetas semper majoribus instat;  
Ipsaque vita seni spe se producit in aevum.  
—Omnia spes hominum vitae commercia nutrit.  
Agricolae terrae credunt spe semina sulcis;  
Ac bona cum zephyro se inclinat messis in agris,  
Spe laeti segetis flavas mirantur aristas.  
Primo vere tumet spe fructus palmes, avesque  
Spe tenerae prolis modulantur carmen amoris;*

*Spe motus litus celestis et aequoris oram  
 Piscator resonare facit cum retia mittit;  
 Auri spe ductus mercator solvere navim  
 A terra tumidosque audet contemnere flumus;  
 Venator praedae tolerat spe frigus et aestum,  
 Insequiturque leves cervos aprosque furentes,  
 Aut lepori laqueos aut turdis retia tendit.  
 Acris equi gestit spe ferri auriga triumphi,  
 Nobilis ut frontem victoris palma coronet.  
 Militis ad bellum properantis pectus et ora  
 Spe ridens animo incendit victoria laeta.  
 Spe sacrae laurus Pindi penetralia et ipse  
 Instrasti, vates, vigiles de nocte lucernas  
 Passus, perque diem longos dirosque labores.  
 Spe recreat fractas vires animumque ministrat.  
 Spe felix graditur notam peregrinus ad aram;  
 Spe redditus profugus, patriae spe pascitur exul,  
 Nascentem primum quae lumine vedit amico.  
 Spes levat afflitos morbis, spe compede vinclitos;  
 Ad caelum quicumque miser spe vota precesque  
 Fundit, et a summo audiri confidit Amore.  
 Quid plura?... insidet vidrix spes una sepulcris,  
 «Mortales, clamans, divina voce resurgent.  
 Aeternae meriti latiri praemia vitae».*  
*Talibus audacem docuit Spem Musa poëtam,  
 Continuitque manum. —Florum regina triumphans  
 Nunc rosa cunctorum pulcherrima regnat in horto.*

*ALOISIUS LUCESOLE, Pbter.*

*Apud vicum González Catán in Argentina*

## Quaestiones

J. A. (*Celsonae*). Denuo ad te; en quaestiuclam tuam: «Quo modo encliticam -que pronuntiabo? Eam a voce —cui conjungitur— segregabo ut éum que, ália-que, aut unam vocem efficiam et commutabo accentum: eúmque, alíaque?»

—Rem interrogas haud facile enodandam cum non una sit grammaticorum sententia. Alii enim, praecepta a veteribus grammaticis tradita exsequentes, asserunt voces —quibus encliticae -que, -ne, -ve adnectuntur—, accentum in extrema syllaba semper obtinere: v. gr.: *rosáque* (in nominativo), *rosáque* (in ablativo). Quae tamen

sententia a grammaticis disceptata et controversa est, ut apud Ricciolum (1) leges; eam pariter cl. v. L. Müller — quem sequitur P. Llobera (2)— impugnavit et Riemann-Goelzer (3) in dubium revocarunt.

Habes igitur sententias: 1.<sup>a</sup> Veterum grammaticorum (4): *semper paenultimam esse acuendam*; 2.<sup>a</sup> Riccioli (1) et P. Llobera: quae sic distinguit: a) «*si paenultima est brevis, accentum in antepaenultima adhibendum, ut ármaque, pléraque; itane;* unamque efficiunt vocem. «*Ego saltem paenultimam «brevem» numquam acuam, sed antepaenultimam» (músáque, tántáque, at terráque in abl.); b) in *hypertrisyllabis* quae *antepaenultimam* habent «*brevem*», (v. gr. *criminaque, sideraque, poculaque, aliaque, plurímaque*) «*viri docti accentum collocant in quarta a fine et particulas -que, -ne, -ve ferme disjunctim pronuntiant*» (v. gr.: *crimina-que, sidera-que, pocula-que, ália-que, pluríma que*). De pronuntiatione «*alíaque*», (*plurímaque, pocúlaque*), de qua interrogas, haec Ricciolus (1): «*Qui sic pronuntiaret exsibilaretur, propter consuetudinem manifestam in contrarium doctorum virorum*». Cetera consule apud ipsum Ricciolum.*

Juxta Wagener Neue (5) pronuntiandum *témplaque* (—in unam vocem coeunt, quae *trisyllaba* est—), at contra *líminaquè* duobus accentibus, quorum alter est *secundarius*, quia *hypertrisyllaba*, et *brevis* est *antepaenultima*. Quae sententia parum ab illa differt quae seorsim pronuntiandum asserit: *límina-que* (Cfr. supra b) (6).

FR. XAV. (*V. in Nav.*) Ad tua quae sita ordine digesta sic respondeo:

1. «*Mibi, philologicae disciplinae studioso, bujus artis librum qui tibi unum omnium arrideat, indices quaeso. Neque vero ubinam emi possit me facere certiorem praetermittas.*

—Mentem tuam ut rectius aperias rogo; nam, nisi fallor, non quidem librum philologicae disciplinae quaeris, sed —uti arbitror— alium, qui tibi difficultates enödet viamque protérat ad ea, quae ad phoneticam et morphologiam spectant in lingua latina aut hispanica dilucidanda. Itane est? Responsum exspecto ut libros significem.

2. «*Scio vos scribendi modos, apud bodiernos scriptores usitatos, relinquere, immo et rejicere. Ego quidem, vestra dicam pace, hac ratione scribendi maximopere delector. Curnam igitur vestra resurrectio barbarae litterae «j» meam agendi rationem mutabit? Nonne vel ipsa Ecclesia sapientes secuta ab ista abhorret scriptura?*

—De *v* et *j* litteris saepius in PALAESTRA L. (7) disputatum est, neque est cur novis argumentis nostram agendi rationem et sententiam propugnemus. De his

(1) *Prosodia Bononensis*, Patavii, p. 8, c. 2, app. 5, pag. 202-203.

(2) *Grammat. Clas. Lat.*, n. 12 (sub pag. 17).

(3) *Grammaire comparée du gr. et du lat.*, n. 143.

(4) Cfr. Servium, *Ad Verg. 1.116.*: quem sequuntur recentiores grammatici: SOMMER, *Handbuch des latein. Laut- und Formenlebres*, § 169, 3; ECHAURI, *Gramat. lat.* I, pag. 13, n. 2<sup>o</sup>; GANDIGLIO, *Corso di l. lat., Morfologia*, § 7, 3; MENDIZÁBAL, S. J., *La Gramat. lat del Baillier*, n. 283, c.

(5) *Philol. Rundschau*, 1904, 505, ff., (apud SOMMER, *Handbuch*, § 169, 3 2. 1).

(6) Cfr. etiam CECI, *Grammat. lat.* § 7, 3, c. et n. 2; LAURAND, *Gram. historique lat.*, n. 14.

(7) CANDIDATUS LATINUS, 11, p. 4; PALAESTRA L., n. 71, p. 8; 73, p. 47.

verò sententiam non profert Ecclesia, sed viris litteratis discutienda et illustranda relinquit. Cum vero e litteris linguae italicae expuncta sit «j», rationem procul dubio habes quare itali [non Ecclesia], cum latine scribant, illam litteram respuant.

3. «In præsens, etsi vehementius optaram meorum alumnorum sales ad te mittere, ut moris fuit, temporibus cedens nullatenus valui, alias tamen faciam. Quantum vero oblectamenti, quantum laetitiae, quantumque facilitatis scribendi hæ jocosae exercitationes tironibus attulerint aperte intellexi. Quamobrem isti non parcam labori.»

—Alumnis tuis voluptati esse ad jocosam concurrere PALAESTRAM nobis quoque laetitiam affert. Sales proferant, compositiones scriptitent siveque ad meliora exerceantur.

## Epistolia soluta

ADM. R. P. R. R. (*Rome*). Te tandem, carissime Pater, PALAESTRAE LATINAE fasciculos accepisse gaudeo. Quod postulas, fac tu a Deo pro nobis impetres. Mandata tua ad Fratres exsequar.

P. R. M. Y. (*Lokeren in Belgio*). Nescis qua summa laetitia tuas acceperim benevolas litteras: tibi fascem PALAESTRÆ RUM denique traditum esse a cursore postali, teque ad nos libros — a Dno. Planque, Quicherat, cet., conscriptos — mittendos curasse; ex iis præclaram tibi debemus gratiam. Reliquos fasciculos PALAESTRAE LATINÆ, qui tibi deerant, per publicos tabellarios accipies.

J. A. (*X. Equitum*). Misimus ad te fasciculum quem postulabas. Vos PALAESTRAM vehementer exspectare et gaudeo... et doleo quod citius ad vos interdum non perveniat. Versiculos alumnorum probavimus et edidimus; eos macti animo esse jube.

R. S. (*V. Rosarii in Argentina*). Tuas litteras valde amo; donum pro socio opplerior; grammaticam veteris scriptoris, sed optime elaboratam, tibi tradendam curabo. P. Aloisium, egregium poëtam, multum salvere jubebis. Illius carmen «*Spes*» accepi, cum ad typographos pararem aliud: «Claret agnum fugitivum blanditiis excipit».

A. L. (*In V. González Catán in Argentina*). Novo amico ex animo salutem. Carmina tua divinæ quadam pletate intincta atque suavi mentis concitatione afflata carissima nobis fuerunt. Tu noster poëta...!

R. G. (*Conimbricæ in Portugallia*). Quanta veteris amici in nos benevolentia ac liberalitas! Ob vestram PALAESTRAE laudationem gratias referimus quam maximas. «*Humanitas*» vestra litteras latinas impense fovebit, eritque quasi novum lumen quo *humanitas* propagabitur. Amplissimum doctrinaque referatum commentarum comparastis... Socius socium, amicus amicum salutat: fausta omnia ominatur; quod vobis bene vertat!...

F. R. F. A. DTOR. (*Vici*). Librum, quem tibi commendaveram, cum melius ponderarem animoque recognoscere, nonnullis abundare mendis animadverti et in phonetica et in ceteris præceptis. Tibi adjumento erit *Grammatica Classicae Latinitatis* a F. Josepho Llobera, S. J., exarata (ed. Subirana) in numero 271 et seq. Cumque fines patriæ et Galliae rursus pateant et libri advehi possint, optimus tibi certe erit dux ac magister in phonetica latina NIEDERMANN, *Phonétique historique du latin*, L. Klincksteck, Paris (1).

(1) Modo prodit «Estudios de Fonética y Morfología latina» apud *Acta Salmanticensia*, Universidad de Salamanca.

## Per Orbem

«Humanitas», *Commentarium de philologia classica*, Vol. I [Coimbra], 1947.

Diuturni silentii, quo erant his temporibus graecae latinæque litteræ apud lusitanos usæ, finem hoc doctissimum commentarium attulit. De quo si lectoribus nostris pauca praemittam, haud injucundum sane opus me facturum spero.

Quid sibi «Humanitas» elucubrandum assumat, Dnus. de Amorin Girão, facultatis litterarum in Universitate Conimbricensi moderator, docta præfatione commonstrat: «Humanitas», inquit, cum sit opus graeciæ latinisque litteris præcipue dicatum, rationem cum primis habebit eorum omnium quæ ad hujuscemodi linguarum perdurationem spectant. Itaque de viris humaniorum litterarum cultoribus ac de classicarum in recentiores litteras efficientia seu influxu potissimum orationem se habituram promittit».

Nobile sane consilium quod opportunam, immo necessariam, «Humanitas» pervulgationem reddit.

Est profecto cur gaudeat Dnus. R. Gonçalves, Commentarii moderator, sibi de novo edito commentario gratuletur. Idque duplci de causa. Nam —seposita bonarum litterarum in erudiendo utilitate, quæ maxima per se esset ad pervulgandam ephemeredem incitatio —, primum, «Humanitatis» editione, «humanistica» conimbricensis traditio producitur, deinde nota minime invidenda Lusitania sese liberat, cum totius Europæ fere unus esset populus cui Commentarium de philologia classica deesset.

Crescat ergo in milia. Commentarium apud lusitanos princeps, siquidem optimos patronos est nactum. Clarissimi professores —Gonçalves, sc., Costa Marques, ceterique viri ornatissimi — illud curis prosequuntur summaque nituntur opera ut apud lusitanos princeps com-

mentariorum deputetur. Nec aliter fieri potest si ex hoc primo volumine de sequentibus etiam pariter nobis dijudicandum est et exspectandum.

Prius tamen quam finem dicendi faciam, gratum velim Dno. Costa Marques animum exhibere ob judicium de PALAESTRA LATINA a se prolatum, in quo legendo non inficiar me aliquantulum esse commotum.

Nunc tandem ad vos redeo, humanissimi «Humanitatis» moderatores. Hoc velim vobis penitus persuadeatis, commentarium vestrum esse nobis —PALAESTRAE, vid. conscriptoribus —, jucundissimum. Quod si et vobis etiam voluptati PALAESTRA est et cordi, signum amicitiae benigne accipere velitis.

*Dr. Marianus Bassols de Climent, praemio litterarum «Francisco Franco», a. 1947 donatus.*

Nullum ex PALAESTRAE lectoribus in studiis Philologiae classicae mediocriter versatum ignorare arbitror nomen Dris. Mariani Bassols, qui Ficarilis (Figueras), in Gerunda Provincia, pr. Id. Dec a. 1903 natus, ibidem studiis Secundae, quæ dicitur, institutionis operam navavit. Quibus peractis, Barcinonem se contulit, ubi litteris impendens animum, rebus philologicis penitus se dedit.


Duo supra viginti natus annos, ad cathedram Hispalensem linguae litterarumque latinarum contendit, eamque summa cum laude sibi comparavit. Post brevem in ea Universitate commorationem, in Granatensem perrexit, unde ad Barcinonensem a. 1932 reversus, in hac demum ingenium suum exercet.

Opus, quo præmium litterarum munieratus est, inscribitur *Las categorias verbales*, in quo syntacticæ verbi mutationes plenissime tractantur.

PALAESTRA LATINA Dr. Bassols, amplissimo litterarum fautori, admiracionem cum benevolentia significat.

I. MAULEÓN, C. M. F.

# NOVA ET VETERA



PICTURA 18.<sup>a</sup>

DEVERSORIUM .. CAUPONA - CAFEUM

1. — Cum heri ad vesperam Noviregum pervenissem, ad *Oceani* deversorium —quod amicus mihi commendaverat— deverti. Elegant cubiculo<sup>4</sup> exceptus sum, in superiore contignatione,<sup>5</sup> ubi placide quietem cepi.

2. — Hodie mane, e cubiculo egressus —quo famula<sup>3</sup> jentaculum apposuerat—, ad fumarium<sup>5</sup> me contuli —quod et legentibus est exedra<sup>4</sup>—, ut diurna<sup>6</sup> perlustrarem dum convolvoli<sup>8</sup> fumum exsugebam. Qua lectio finita, elevatore<sup>9</sup> descendii, atque in urbem deambulatum sum profectus.

3. — Cum in deversorii officina<sup>12</sup> quaerere, qua hora prandium apponetur in hospitum mensa, <sup>11</sup> oblitus essem, mature reversus sum atque ea occasione, ut corpus abluerem in balneo, <sup>10</sup> usus sum. Deinde scrinium nummularium<sup>15</sup> rursus adii ut cum amico telephonio colloquerer. Sed telephonium<sup>13</sup> ab alio detinebatur; cum autem me in angustiis versantem scrinii nummularii curatrix<sup>14</sup> vidisset —qua in hospitum libro rationem<sup>17</sup> conficiebat—, atrensem, <sup>18</sup> ut cursor meum mandatum birōtā exsequeretur, rogavit.

4. — Ei gratias egi, atque, ut corollarium seu pulveraticam gerulo<sup>24</sup> elargirer exivi, qui ab statione in manuali plostello<sup>25</sup> petasi capsam,<sup>26</sup> bulgam,<sup>27</sup> cistam manualem<sup>28</sup> advehebat. Tabellarius autem, qui modo advenerat, epistulam mihi trādidit.

5. — Paulisper in januae limine restiti prope sitellam postalem<sup>23</sup> ut viae concursationem exspectarem. Transvehæ<sup>29</sup> duxtor<sup>30</sup> arcam<sup>31</sup> vectoris<sup>32</sup> — cui cauponarius<sup>33</sup> valedicebat —, in vehiculo imponebat. Accensus telegraphiarius<sup>35</sup> presso pede deversorii hospiti telegramma<sup>34</sup> perferebat; viator voluptarius,<sup>36</sup> machinam photographicam<sup>38</sup> in transversum deferens, libellum indicem<sup>37</sup> consulebat.

6. — Ante clathros tranquillus bajulus inter uncinos<sup>40</sup> et nauctae capsam<sup>41</sup> dormitabat, dum pusilla lotaria<sup>42</sup> canistrum<sup>43</sup> linteorum gestans, hilari vultu triclinarium,<sup>44</sup> ad januam stantem, irridebat.

7. — Cocus,<sup>45</sup> egrediens e culina<sup>47</sup> — in hypogeo sita —, ut mandatum sublingioni<sup>46</sup> daret, mihi in memoriam revocavit prandendi horam adventare, atque in cenationem contendи, aream percurrentis, in qua rector<sup>50</sup> automolum<sup>49</sup> asservabat, dum mechanicus<sup>52</sup> — birotario auctore<sup>53</sup> —, tricyclum<sup>51</sup> petroleo aetum — cui casum acciderat —, reficiebat.

8. — A pedisēquo,<sup>54</sup> qui cerevisiae pocula<sup>55</sup> perferebat, num hospitum mensa in trichila esset, quaesivi, cumque ille annuisset, in quadam mensa consedi atque lautam cenam inferri jussi.

9. — Cibifer prandii ordinem et vinorum chartam mihi praebuit, e quibus selegi, atque camm̄os et butyrum, ut gustatoria, postulavi; ut primam vero mensam animalium interanea. A piscibus me abstinui, sed vervēcis coxam efflagitavi; ut legumina vero, spinacias cum embammāte. Dein cum oblectamenta haud grata mihi essent, belliorum copiam, caseum, poma, crustula jussi apponi. Quae fercula exquisito vino Sancti Aemiliani perfudi, atque e mensa plane expletus ac satiatus excessi postquam cibifero gravem pulveraticam<sup>59</sup> sum elargitus.

10. — Cum me profecturum negotiorum curator<sup>60</sup> vidisset, ut ad moenianum accederem, suasit, mirum oceanī<sup>62</sup> prospectum admirandi causa. Procul cymbulae<sup>63</sup> cernebantur piscatoriae, veliferae<sup>64</sup> ingensque aetuaria,<sup>65</sup> cuius atra umbra in albis caeli<sup>66</sup> nubibus<sup>67</sup> obversabatur. Lenis aura vexillum<sup>70</sup> in vestibuli<sup>68</sup> signo<sup>69</sup> impositum leniter agitabat.

11. — Quod quidem spectaculum adeo erat jucundum ut animo proponerem postero die in cafēi solarium ascendere mecumque binocularia<sup>71</sup> aut perspicillum<sup>72</sup> afferre.

12. — Cum e moeniano descenderem, in deversorii cafēum introivi ut aliquid potarem,<sup>73</sup> atque certamen billardi<sup>75</sup> colluderem. Cafēi exēdram continentis passu pertransii, ubi plures potatores ludebant latrunculorum ludo,<sup>78</sup> calculorum,<sup>79</sup> domini,<sup>80</sup> calculis cum aleis,<sup>81</sup> chartisque lusoriis,<sup>82</sup> atque rectā ad billard exēdram<sup>74</sup> ascendi.

13. — Finito certamine, ad pede plana descendit atque a famulo involucrum,<sup>84</sup>  
chartam,<sup>83</sup> pittacium postale,<sup>85</sup> pennam,<sup>87</sup> atramentum<sup>86</sup> ad epistulam conscriben-  
dam postulavi. Deinde raedarium<sup>92</sup> advocavi, cuius raeda<sup>88</sup> adversus cateum con-  
stiterat; ab eoque quodnam esset pretium unius horae et cursus quaesivi, atque,  
convento pretio, portulam<sup>89</sup> mihi aperuit et in raeda me composui. Ad transfrum<sup>91</sup>  
rurus ascendit, leni flagello<sup>93</sup> equos excitavit atque ad jucundam deambulationem  
sumus profecti.

## VOCABULARIUM

- deversorium, ii, n., *fonda*, hôtel.  
+capona, ae, (cenatio, onis, f.), *restaurante*, restaurant.  
Noviregum, i, n., *Royán*, Royan.  
contignatio, onis, f., *piso*, étage.  
hodie mane, *esta mañana*, ce matin.  
5 +fumarium, ii, n., *fumadero*, fumoir.  
legentibus exedra, *sala de lectura*, cabinet de lecture.  
6 diurna (acta), diarium, ii, n., *periódico*, journal.  
8 +fumum convolvuli exsugere, [-+fumare], *fumar un cigarrillo*, fumer une cigarette.  
9 +elevator (+ascensor), oris, m., *ascensor*, ascenseur.  
12 officina, ae, f., *despacho*, bureau.  
11 hospitum mensa, *mesa redonda*, table d'hôte.  
corpus ablucere, *bañarse*, *tomar un baño*, prendre un bain.  
15 +scrinium nummularium, *caja*, caisse.  
\*telephonio colloqui, *telefonear*, téléphoner.  
detineri (administrari), *estar ocupado*, être occupé.  
14 +scrinii nummularii curatrix, *cajera*, caissière.  
18 atriensis, is, m. (janitor, oris, m.), *portero*, concierge.  
19 +cursor (appositor), oris, m., *botones*, chausseur.  
mandatum exequi, *dar un recado*, faire une commission.  
20 \*birðta, ae, f., *bicicleta*, bicyclette.  
corollarium, ii, n. (pulveratica, ae, f.), *propina*, pourboire.  
24 gerulus, i, m., *mozo de cuerda*, homme de peine.  
25 plostellum (vectaculum) manuale, *carretón*, *carrilla*, voiture à bras.  
26 +petasi capsa, *sombrerera*, carton à chapeau.  
28 cista manualis, *maletín*, sac de voyage.  
21 tabellarius, ii, m., *cartero*, facteur.  
23 +sitella postalis, *buzón de correos*, boîte aux lettres.  
viae concursatio, *movimiento de la calle*, mouvement de la rue.  
29 +transvecha, ae, f., *ómnibus*, omnibus.  
30 +duktor (rector), oris, m., *conductor*, cochero, conducteur.  
33 cauponarius, ii, m., *fondista*, hôtelier.  
35 +accensus (cursor)\*telegrapharius, ordenanzón de telégrafos, télégraphiste.  
presso pede, sin darse prisá, sans se preser.  
36 +viator voluntarius (peregrinator), *turista*, touriste.  
38 +machina \*photographica, máquina fotográfica, appareil photographique.  
41 +nauctae capsa, *caja de limpiabotas*, boîte à cirer.  
42 lotaria, ae, f., *lavandera*, blanchisseuse.  
43 canistrum linteorum, *cesta de ropa*, panier de linge.  
44 tricliniarius (mensarum structor), maestresala, maître d'hôtel.  
48 hypogēum, ii, n., *sótano*, subsuelo, sous-sol.  
46 sublingio, onis, m., *marmiton*, *pinché*, marmiton.  
50 rector, oris, m., *conductor*, chauffeur.  
49 \*automōlus, i, m., (\*diga, ae, f.), automobile.  
53 \*birotarius, ii, m., *ciclista*, cycliste.  
51 \*tricyclum \*petroleo actum, triciclo de petróleo, tricycle à pétrole.  
54 pedisequus, i, m., *volante*, pequeño lacayo, groom.  
55 cerevisiae poculum, *vaso de cerveza*, bock.  
trichila, ae, f., *galería cubierta*, véranda.  
+ordo prandii (cenae), *minuta*, menu, menu.  
vinorum charta, *lista de vinos*, carte des vins.  
cammarus, i, m., *camarón*, crevette.

- gustatorium, ii, n., (gustatio, onis, f.), *aperitivo*, (*entremés*), hors d'oeuvre.  
 prima mensa, *principio*, entrée.  
 animalium +interanea, *callos*, *tripes à la mode de Caen*.  
 vervēcis coxa, *pata de cordero*, gigot d'agneau.  
 spinacia, ae, f., *espinaca*, épinard.  
 embamma, ātis, n., (*crema*), *salsa*, crème.  
 oblectamenta, orum, n. pl., *entremeses*, entrements.  
 copia belliorum. *postres variados*, desserts variés.  
 poma, orum, n. pl., *frutas*, fruits.  
 +crustulum, ii, n., *biscocho*, biscuit.  
 60 +negotorum curator, *gerente*, gerant.  
 65 +actuaria, ae, *paquebote*, paquebot.  
 +umbra, ae, f., *silueta*, silhouette.  
 66 caelum, i, n., *horizonte*, horizon.  
 obversari, *destacarse*, se détacher.  
 70 vexillum, i, n., *bandera*, drapeau.  
 69 signum, i, n., *enseña*, rótulo, enseigne.  
 68 +vestibulum, i, n., *patio cubierto*, hall.
- 71 \*binocularia, orum, n. pl., (par +ocularium), *gemelos*, lorgnette.  
 72 \*perspicillum, i, n., *anteojos*, longue vue.  
 ludus \*tudieularis, \*billardus, i, m., *billar*, billard.  
 continentis passu, sin detenerme, sans m'arrêter.  
 78 +latrunculorum ludus, ajedrez, échecs.  
 79 +calculorum ludus, *damas*, dame.  
 80 +domini ludus, dominó, domino.  
 81 +ludus calculorum cum aleis (?), *trictac*, *chaquete*, trictac.  
 82 *chartae lusoriae*, *baraja*, naipes, cartes.  
 certamen, inis, n., ludus, i, m., *partida*, partie.  
 pede plana, *planta baja* (*entre-suelo*), rez-de-chaussée.  
 74 exedra (+circulus) billardi, *sala de billar*, salle de billard.  
 85 +pittacium postale, *sello*, timbre-poste.  
 89 portula, ae, *portezuela*, portière.  
 se componere, *instalarse*, s'installer.  
 91 +transtrum, i, n., *pescante*, siège.

JOSEPHUS M. MIR, C. M. F.

## CLÁSICOS "LABOR"

Esta Colección constituye el guía obligado en la lectura y estudio de los grandes clásicos de la Antigüedad y de las Literaturas modernas. Cada volumen contiene un estudio magistral acerca de uno de los grandes autores y una selección de los textos más bellos y representativos de sus obras, facilitando con oportunos comentarios la perfecta assimilación de su contenido ideológico y su plena fruición estética.

Volúmenes de 250 a 300 páginas, tamaño manual (11,5 x 17,5), encuadrados a la holandesa, con sobrecubierta a dos tintas y un retrato del autor estudiado, impreso sobre papel couché.

### VOLÚMENES PUBLICADOS

1. **HOMERO**, por J. M. PABÓN, Catedrático de Lengua y Literatura griega en la Universidad Central. Ptas. 28.—
2. **VIRGILIO**, por J. de ECHAVE-SUSTAETA, Catedrático de Lengua y Literatura latina. Ptas. 32.—
4. **BALTASAR GRACIÁN**, por J. GARCÍA LÓPEZ, Catedrático de Lengua y Literatura española. Ptas. 30.—
5. **SÉNECA**, por J. F. YELA, Catedrático de Filosofía en la Universidad Central. Ptas. 30.—
6. **DEMÓSTENES**, por M. FERNÁNDEZ GALIANO, Catedrático de Lengua y Literatura griega en la Universidad Central. Ptas. 32.—

### NUEVOS TOMOS EN PRENSA Y EN PREPARACIÓN

**EDITORIAL LABOR, S. A.**

MADRID : Alcalá 144

BARCELONA : Ronda Universidad, 23

# Quo modo versio facienda

PERSONAE: MAGISTER ET DISCIPULI

(*Magister et Discipuli stant in suo quisque loco*)

MAGISTER. — Nunc, Reverendissime Domine, alumni secundi curriculi nostram patefaciemus scientiam linguae latinae et, si per Te licet, simulacrum scholae cottidianaee repraesentabimus. Ideoque, tua nostrique dignissimi Magistrorum venia, munus honorariumque Professoris ego usurpabo melique condiscipuli alumnorum partes agent. Operam demus jam nostro muneri et, tamquam magister in cathedra, ego hac in sella contra vos sedebo. (*Sedet*). Sedete etiam vos et incipiam vos interrogare. (*Sedent omnes*).

MAGISTER.—Qua ratione tam facile veritatis latinum in vernaculam?

ALUMNI.—Simpliciter omnino.

MAGISTER.—Utinam sciatis tandem quod tam necessarium est. Narrum mihi, obsecro, Candide.

CANDIDUS.—Primum omnium sententiam lego simplicem vel compositam.

MAGISTER.—Hoc etiam ipse facio. Quid inde?

CAND.—In lectione jam verbum primarium, quod semper est in indicativo, (aut imperativo) unice detegere curo.

MAG.—Bene est: hoc ipsum omnes semper curare debetis. Sequere porro, Antoni.

ANTONIUS.—Verbi illius subjectum facile deducimus sive singulare sit sive plurale vel primae vel secundae vel tertiae personae.

MAG.—Pulcherrime. O quantum sapitis!

ANT. — Postea querimus complementum: primo directum, quod est in accusativo et postea indirectum, quod est in dative aut accusativo cum praepositione.

MAG.—Sed, praeter verbum, subjectum, complementum directum et indirectum, nonne sunt saepe plura alia vocabula? (*Indice Aegidium monstrat*)

AEGIDIUS.—Quidem, sunt complementa circumstantia loci, temporis, modi, cet.; haec solent esse in ablativo.

MAG.—Quo modo ordinanda sunt istiusmodi complementa?

AEC.—Post complementum indirectum.

MAG.—Recte; sed nihil amplius, Franciscus?

FRANCISCUS.—Cum verbo ponitur adverbium; cum substantivo sive subjecto sive complemento ponitur adjectivum vel genitivus, quae ea forsan afficiant.

MAG.—Utique; sed haec tantum de sententiis simplicibus: quid de compostis. Alexander?

ALEXANDER—In sententiis compositis, praeter orationem primariam, quae in se habet sensum perfectum, inventur communiter in subjunctivo oratio secundaria, quae secundo loco ordinatur, sed eodem ferme modo ac primaria.

MAG.—Optime, carissimi. Sed videamus nunc utrum his regulis in praxi recte uti sciatis. Aperite librum omnes et tu, Cal, lege ubi dicit: «Lupus agno insidias parabat».

CAJUS.—Lupus agno insidias parabat. Ob hanc causam agnus templum intravit, ut ab insidiis lupi tutus esset. Tunc lupus agno dicit: «Vita illum locum; sacerdos enim te Deo immolabit». Agnus vero hoc responsum habuit: «Mellius mihi est Deo immolari, quam a te devorari».

MAG.—Ordina verba et verte in linguam vernaculam.

CAJUS—Insidias anno parabat...

JACOBUS.—Minime; «insidias» non potest esse subjectum, nam est in accusativo.

MAG.—Dic ergo tu, Jacobe.

JACOB.—Lupus parabat insidias agno.

MAG.—Recte. Verte, Cal.

CAJUS. — *El lobo preparaba asechanzas para un año.*  
OMNES. — Oh! hui!  
MAG. — Pessime, corrige tu, Jacobe.  
JACOB. — *El lobo preparaba asechanzas al cordero.*  
MAG. — Sequere, Cai.  
CAJUS. — Ob hanc causam agnus templum intravit, ut ab insidiis lupi tutus esset.  
MAG. — Ordina.  
CAJUS. — Agnus intravit templum ob hanc causam ut lupi esset...  
FRANCISCUS. — Minime.  
MAG. — Corrige.  
FRANC. — Ut esset tutus ab insidiis lupi.  
MAG. — Verte, Cai.  
CAJUS. — Por esta razón el cordero entró en el templo.  
MAG. — Sequere  
CAJUS. — Ut esset tutus ab insidiis lupi: para que fuese «todo» de las asechanzas del lobo.  
OMNES. — Hui!  
MAG. — Male! Corrige, Francisce.  
FRANC. — Por esta razón el cordero entró al templo, para estar seguro o librarse de la perfidia del lobo.  
MAG. — Recte; sequere, Dionysi.  
DIONYSIUS. — Tum lupus agno dicit: «Vita illum locum; sacerdos enim te Deo immolabit.  
MAG. — Ordina et verte.  
DIONYS. — Lupus dicit tum agno: «illum [deest verbum fuisse, nam est oratio infinitiva], illum fuisse locum vita...»  
ANT. — Nequaquam, haec non est oratio modi infinitivi.  
MAG. — Corrige, ergo.  
ANT. — Vita illum locum.  
MAG. — Repetas, quaeso, Dionysi.  
DION. — Lupus dicit tum agno: «Vita illum locum».  
MAG. — Verte jam.  
DION. — Entonces el lobo dice al cordero que él fué a aquel lugar toda la vida.  
CAJ. — Minime.  
MAG. — Pessime; Sede. Corrige, Cai.  
CAJ. — Evita entrar en aquel lugar.  
MAG. — Utique. Sequere.  
CAJ. — Sacerdos enim te deo immolabit.  
MAG. — Ordina.  
CAJ. — Sacerdos enim immolabit te Deo.  
MAG. — Verte.

CAJ. — Pues el sacerdote te inmolará a Dios.  
MAG. — Sequere.  
CAJ. — Agnus vero habuit responsum habuit: «Melius mihi est Deo immolari quam a te devorari».  
MAG. — Ordina.  
CAJ. — Agnus habuit responsum vero hoc.  
CAND. — Perperam.  
MAG. — Corrige, Candide.  
CAND. — Agnus vero habuit responsum.  
MAG. — Verte jam.  
CAND. — El cordero tuvo esto para responder.  
OMNES. — Malum! Malum!  
MAG. — Pessime. Repetas, quaeso et verte, Candide.  
CAND. — Agnus vero habuit responsum. Mas el cordero respondió.  
MAG. — Optime. Sequere.  
CAND. — Melius mihi est Deo immolari quam a te devorari.  
MAG. — Ordina.  
CAND. — Melius mihi est Deo immolari.  
MAG. — Corrige, Alexander.  
ALEXAN. — Immolari Deo est mihi melius quam devorari a te.  
MAG. — Verte, Candide.  
CAN. — Inmolar con Dios es mejor que devorarte.  
OMNES. — Oh!  
MAG. — Pessime, corrige cito, Alexander.  
ALEX. — Mejor es para mi o prefiero ser inmolado u ofrecido a Dios que ser devorado por ti.  
MAG. — Utique. Satis jam. Sedete. Vos vero omnes harum regularum semper memores estote et cavete ne umquam omittatis eas in quacumque versione. Eadem lectio in proxima schola. Et amplius animum intendite.  
Si Tibi, Rme Domine, gratus fuit hic simplex scholae ludus, omnes quam plurimum laetamur. Illum accipias ut signum dilectionis filiorum peramtum, quo die tui fausti natalis anniversarium quadragesimum quartum celebramus. (1)

(1) Die undecim octobris, recurrente quadragesimo quarto anno natalis Exmi. ac Rmi. P. Arcturi Tabera, C. M. F. Episcopi A. A. Barbastrensis Seminarii alumni varios ludos scaenicos in medium protulerunt, inter quos II i CURSUS ALUMNI hunc maxima dexteritate in scenam deduxerunt. Desumptum ex «Repetitorio» p. 84, illum adauxit suisque alumnis accommodavit Professor idemque Seminarii Vice-Recto Rdus. Dnus. Henricus Guatas, Pbter.

## Bibliographia

A. BIÁNQUEZ FRAILE. — *Diccionario Latino-Español*, 1302 pp.. Edit R Sopena, Barcelona, 1946. — 125 pts.

Domus Editrix R. Sopena — quae longo jam temporis cursu adeo litteras humanitatemque fovit alumnis ac magistris praeclara tradens opera, quorum ope in omnibus disciplinis plane perfecteque erudiantur — nuper Dictionarium «graecum» typis edidit ac modo tandem «latinum» studiosis praebet. Operis mens ac propositum in praefatione significat auctor: eaque certe est ut alumnis praecipue aptum laboris praeest instrumentum cum apud nos etiam nunc dictionaria desint, quae omnes latinitatis voces — aetatis quoque archaicae, argenteae, cet. — contineant ac varios uniuscujusque vocis sensus et copiosa exempla regimen illustrantia.

Ut aperte ipse A. fatetur, nihil novi in opere repertus, estque tantum quasi nova congeries et aliorum dictionariorum ordinatio: quae quidem ardua ac difficilis profecto evasit ex illis — quae consecutae sunt — mutationibus et conscriptionibus in opere conficiendo; idque efficiet ut quaedam minus forte probanda nonnullis lectoribus videantur. Ea tamen cl. auctor severos «censores atque aristarchos» praemonitos vult ut sibi indulgeant, qui hujusmodi opus suscepit perficiendum. Cum autem aliorum judicium admittat atque postulet ut in mellius dictionarium redigi possit, quaedam — ea motus cl. prof. venia — profaram.

Plures notationes seu etymologiae ad trutinam ac philologorum iudicium rursus adducendae videntur, ut: «*canticum*» (de *canticus*, a. um), «*cantor*» (de *canto*), «*carpo*» (de *karpô* o de su misma r.), «*acarus*» (quizá de la misma r. que el gr. *kédos*), «*castro*» (quizá del mismo or. que *castus*), «*caelum*» (en relación con el gr. *koilos*), «*caespes*» (de *caesus*, p. de pret. de *caedo*), cet. In versionibus aliquando

interpretationis subtilitas desideratur: «*Certamen bibendi*, acto de beber en competencia (=apuesta en la bebida); «*jaculi certamina ponit in ulmo*». Virg. propone una competición en el manejo de las flechas y pone el blanco en un olmo (Cfr. RIBER; propone en un olmo premio a los pastores para el que mejor tire veloz dardo); «*cenabis hodie magnum malum*» PLAUT, tendrás hoy un g. an disgusto (=hoy tu cena será un duro castigo, hoy tendrás por cena un mal rato).

In recta scribendi ratione quaedam emendanda: leguntur enim *lacrymae, solatum, humerus, humor...*

Praeterea ut dictionarium aptius ac perfectius investigatoribus evaderet scriptorum loca afferenda essent quae facile consulenterentur.

Quae tamen omnia minime obstant quominus Domui Editrici et cl. auctori ex animo gratulemur, qui litterarum latinarum studiosis novum dictionarium praestiterint, cum minores naevos in sequentibus editionibus facile retractari possint.

J. M. TRISTANIUS, C. M. F.

Dr. A. FOUGNIES. — «*Mécènes*», Collection Lebègue, Office de Publicité, Bruxelles, 1947.

Qui litteras latinas amore prosequuntur, ilque omnes qui historiam in delictis habent, benigne —arbitror— hunc de Maecenate libellum excipient.

Cujus hominis laudi maxime —ut ita dicam — historici videntur invidisse. Tam pauca, eaque tam obscura, de augusteo consiliario traduntur!

Quis, enim, —ut paucos excipiam —republicae ac negotiorum viri partes agnoscit? Quid plerique sciunt de homine privato, semper cum ludibrio in ore omnium versato? Quid, quod, mediocris cum esset scriptor, et primo in tuitu hominum ingenia perspicaret, et ex eorum litterarum primitiis Vergilium,



- SPES — DICCIONARIO ILUSTRADO LATINO-ESPAÑOL ESPAÑOL-LATINO. — 2.<sup>a</sup> ed. revisada por D. Vicente García de Diegò Ptas. 30
- SPES. — DICCIONARIO ABREVIADO LATINO-ESPAÑOL ESPAÑOL-LATINO — Reducción del anterior para los primeros cursos del bachillerato Ptas. 14
- PABÓN-ECHAURI — DICCIONARIO GRIEGO-ESPAÑOL con lista de formas verbales y apéndice gramatical. — 2.<sup>a</sup> ed., revisada por D. José M.<sup>a</sup> Pabón. Ptas. 40
- DICCIONARIO GENERAL ILUSTRADO DE LA LENGUA ESPAÑOLA. — Prólogo de R. Menéndez Pidal y revisión de S. Gili Gaya,

Encuadrado en tela Ptas. 125  
id. en media piel 150  
id. en piel 200

#### CARACTERÍSTICAS PRINCIPALES DE LA OBRA

Ahonda en los usos y significado esencial de los verbos mediante una sistemática concatenación de sus acepciones.

Extrema la claridad en la explicación de preposiciones, conjunciones, adverbios.

Recuerda el origen de las palabras, mediante etimologías, prefijos, sufijos, parasintéticos, dobles etimologías.

Facilita la rápida y segura consulta de la Gramática, mediante la científica explicación de su terminología y los resúmenes de sus normas principales.

Trata los términos de religión, filosofía, derecho, etc., con especial rigor científico, dentro de la obligada concisión.

Señala los vocablos y giros incorrectos, junto con la expresión que debe substituirlos.

Da los plurales, diminutivos, pretéritos, etc., cuya formación puede ofrecer dificultades.

Concibe las ilustraciones, no como un mero adorno de la obra sino como explicación gráfica de la palabra.

---

#### EDITORIAL SPES

Paseo Emperador Carlos I, 149

Telegr. EDISPES

BARCELONA. 13


Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis

# **VINOS DE MISA**

**J. DE MULLER, S. A.**

**TARRAGONA.**

Casa fundada en 1851



Médalla de Oro en la  
Exposición Vaticana de 1888 (S. S. León XIII)  
Proveedores de Sus Santidades  
Pío X, Benedicto XV, Pío XI y Pío XII

**Garantía de absoluta pureza**  
**EXQUISITA CALIDAD**

Certificados del Excmo. Sr. Arzobispo de  
Tarragona y de muchos otros Ilmos. Prelados

Horatium. Propertiumque poëtas dijudicaret?

Maecenas, ob ejus singulare quidem ingenium, longe aliud ac historicorum et litterarum incuriam meretur. Dr.

Armand Fougnies, laudabilis probitate scientifica, egregiam viri hujus laudem ab oblivione vindicavit.

Hic libellus plerisque verum patet. I. MAULEÓN, C. M.F.

## Exercitationes Scholares

### COR MARIAE

*Horrida tempestas belli in hoc tempore nata est;  
Crudeles homines Domini non jussa sequentes  
orbem fecerunt aciem caudemque ferocem;  
quare justitiam Dominus revocavit ab orbe  
atque illam pacem quam non concedere mundus  
hic valet. Ad mortem fecerunt omnia facta.  
In Regem viles homines certare Supremum  
audaces, veluti spumantes cum maris undae  
procurrunt tumidae et franguntur rupibus altis,  
sic Deus in terram fortis dejicit eosdem.  
Omnipotens gladium fulgentem dextera strinxit  
terribiles iras Domini finire paratum,  
et magnam bellum discordis inire procellam.  
Ante minas tamen has impletas candida nubes  
in terra apparet Dominum placare parata  
et medio in radiante sinu Cor Dulce Mariae  
Justitiam Sanctam promptum exarmare Supremi,  
si fragiles homines contra sua crimina certant.  
Cor Mariae clemens, divinum contine ferrum  
et meritas poenas, a nobis discute semper!*

B. TEJEDOR, C. M. P.

*ex V.º latinitatis cursu*

### Xerae Equitum

### PLAUTUS

Nobilium ac potentium gratiam neque invenit nec quaesivit; ut Andronicus Livium Salinatorem, ut Ennius Africanum superiorem, ut Pacuvius Laelium sapientem, ut Terentius Africanum inferiorem quaesivit. Sed cum ad comedias faciendas vix se contulisset, magis honestatum est hoc ingenii judicio quam


potentium ope. Sic parvo interje<sup>c</sup>to tempore magnum sibi nomen atque divitias ingentes comparavit. Quae utinam commercio amplificari in animum ne induxisserint! Sive temeritate sive inscitia sive fortunae injuria breviter penitus decoxit et ad summam venit inopiam.

MARTINUS DISANTI, C. M. P.

Villae Rosarii in Argentina.

# CURIOSA ET JOCOSA

## 208. — CRUCIGRAMMA



*In Transversum.* — A Episcopus Hispalensis. — B Sidus aestivum. Ingredere. — C Locupletamus. — D Adeas. Conjunctio. — E Euripus (dat.) Votl. — F Proficisciens. Petant. — G Numius. — H Lis. Arato. — I Culmus. Adverbium. — J Semiclauso.

*In perpendiculum.* — 1 Adverbium. Altaria. — 2 Hircana fera. Planta umbellifera. — 3 Adeste. Vivam. — 4 Potiamini. Conjunctio. — 5 Ex ramis (ac. pl.) Mane. — 6 Devoratus. Foedere (contra). — 7 Viro. — 8 Conjunctio. Passerulus. — 9 Unguentum. Abuade. — 10 Nota musices. Uredo.

*Laureanus Sala y Sacristán*

## EPIGRAMMATA

209. — Solos defunctos laudas, Rufille, poëtas.  
Parcas, sed tanti nolo placere tibi.

210. — Ante fuit lanius, nunc est chirurgus Achilles.  
Ante necabat oves, nunc necat ille viros.

211. — Quo boni eunt, puer? — In caelum. — Quo pravi? — In avernum.  
— Teque, o care mihi, quo juvat ire? — Domum.

212. — Vix gener, amisit socrum Facundus, et inquit:  
«Nulla fuit genero mitior ante suo».

213. — Nescis cur homini soccus male strideat illi?  
— Cur? — Quia mercedem non mihi solvit adhuc.  
— Haud facile credam, nam si est ut dicis, et illi  
Strideret nondum palla repensa mihi...

214. — «Aequales omnes!», pugno minitante, fremebat  
Cajus, vir gibba prensus utrimque gravi...,

I. MAULEÓN, C. M. F.